DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Weihe der Pfarrkirche

Pfarrarchiv Holzgau

10.05.1422

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7718.A2

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-59547

Visual Library

Wilhelmus dei et apostolice sedis gratia episcopus Sarmastensis necnon Reverendi in Christo patris et domini domini Anshelmi episcopi
Augustensis in pontificalibus vices gerentes constare volumus universis Christi fidelibus presentibus et
futuris presentes litteras inspecturis Quod sub anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo indictione
prima ipsius Johannis ante portam latinam humiliter et devote consecravimus superpelliceum ecclesiam beate Marie virginis
in ... Augustensis diocesis infrascriptam et eadem die consecravimus tria altaria in eadem ecclesia summum altare in honore
beate Marie virginis secundum altare in dextro latere in honore sancti Johannis Baptiste et sancti Michahelis necnon altare
in latere sinistro in honore sancte Katherine et sancti Magni et dedicationem eiusdem ecclesie ordinamus sollempniter celebrandam et
peragendam amodo et futuris temporibus super proximam dominicam post Michahelis et dedicationem altarium ordi-
namus sollempniter et peragendam amodo et futuris temporibus proxima feria tertia post Penthecostes Cupientes igitur
ut ecclesia et altaria prenominata maioribus et uberioribus honoribus ac devotionibus frequententur et a Christi fide-
libus iugiter venerentur omnibus vere penitentibus confessis et contritis qui ecclesiam et altaria predicta in eorundem dedicationibus
visitaverint necnon in subscriptis festivitatibus videlicet Nativitatis domini Circumcisionis Epiphanie Cene domini Parasceve Pasche Ascensionis
Penthecostes Trinitatis Corporis Christi ac omnibus beate Marie virginis festivitatibus festisque omnium apostolorum et evangelistarum festisque
dominicis ... et in commemoratione fidelium animarum necnon singulis diebus per circulum anni necnon omnibus diebus festivis quorum
octavas habentes et portantes causa devotionis orationis aut peregrinationis confluxerint vel quibus diebus divina officia
ibidem interfuerint aut qui corpus Christi ac oleum sacrum cum infirmis portetur secuti fuerint vel qui in serotina pul-
satione campane ter Ave Maria dixerint seu ad fabricam dicte ecclesie vel altarium ornamenta luminaria seu alia necessaria
manus porrexerint adiutrices aut alia caritativa subsidia ibidem donaverint legaverint seu procuraverint Quotienscumque
premissa vel aliquid premissorum devote fecerint de omnipotentis dei misericordia et beatorum eius Petri et
Pauli apostolorum auctoritate confisi Quadraginta dies criminalium et annum venialium de iniunctis sibi penitentiis in domino
misericorditer relaxamus In cuius rei testimonium sigillum nostrum pontificale presentibus duximus appendendum Datum et actum anno
die et loco quibus supra

Pfarramt Holzgau
[illegible] Tirol